

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7351

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1179-1188]

**Lieu d'émission :** Geddington

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation d'un arrangement intervenu entre l'abbaye de Saint-Wandrille et Jérémie, clerc d'Ecclesfield, au sujet de l'église d'Ecclesfield.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCLXXII, t. 2, p. 287-288.

## Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 287. Souscription du connétable Guillaume du Hommet, entré en fonctions en 1179. Henri II a pour la dernière fois quitté l'Angleterre le 10 juillet 1188.

Texte établi d'après a

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem. Sciatis querelam, que vertebatur inter abbatem et conventum Sancti Wandregisili et Jeremiam de Eglesfeld, clericum, super ecclesia de Eglesfeld et capellis ad eandem ecclesiam pertinentibus, scilicet capella de Sefffeld et de Wadreffled et de Witstan, et de laico feodo quod idem abbas habet in Eglefeld et in pertinentiis, in hunc modum coram me, concessione et assensu capituli Sancti Wandregisili, inter Gaufridum ejusdem loci abbatem et jamdictum Jeremiam esse terminatam, videlicet quod idem Jeremias clamavit quietum jamdicto abbati et conventui personatum quem se in dicta ecclesia et capellis habere asserebat, et totum jus hereditarium quod clamabat in laico feodo ipsius abbatis in eadem villa et in pertinentiis. Abbas vero, assensu conventus sui, concessit jamdicto Jheremie perpetuam vicariam ejusdem ecclesie, scilicet terciam partem tocius ecclesie et capellarum et omnium obventionum et rerum et terrarum ad eam pertinentium in liberam et puram et perpetuam elemosinam ; concessit etiam ei duas partes ecclesie et capellarum, tenendas de eo ad firmam quamdiu vixerit, cum toto laico feodo suo ejusdem ville et in pertinentiis, in decimis et redditibus et terris, et in omnibus locis et rebus ad ea pertinentibus cum omni integritate sua pro viginti marcis argenti inde reddendis per annum ad festum Sancti Michaelis. Quare volo et firmiter precipio quod jamdicta conventio et finis inter eos coram me factus firmiter et inconcusse teneatur.

Testibus : H. Dunhelmensi, Johanne Norwicensi episcopis, comite Willelmo Susexie, Rannulfo de Gla[n]ville, Willelmo de Hum[etis] constabulario, Waltero Filio Roberti, Seherio de Quinci, Willelmo marescallo, Gaufrido Filio Petri (?), Ricardo de Canville.  
Apud Gartintonam.